Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Tum Franciscus, Mihi vero, inquit, haud manuum
usus dum erit, alio haud erit opus ministero.
Quo Xaverij responso idem Comes, deinde re/
alijs referens, affirmabat se obstupuisse: et si-
mul singularem eius abstinentiam egregijs fe-
rebat laudibus. Ita Franciscus non alio via-
tico quam Dei fiducia instructus, initio ja-
nuarij in Indiam solvit.

Indiam petens edit exempla virtutis suæ.

Cap. XIII.

Olim stante Imperio Romano, et Christianâ
religione in Asia vigente (: Asiæ enim regio In-
dia est :) duo ferme itinera trita erant in Indiã Itinera in Indiam
unum per Syriam Euphrate flumine, ac Tigri,
sinuque Persico; alterum per Ægyptum, Arabi-
cum sinum, et mari Erythræo. Sed iam his regionibus
Saracenorum armis ac superstitione occupatis,
non perinde tutus ac brevis Europæis Christianis
aditus est per infesta hostibus loca. Quocirca
Lusitani homines Africæ oram, quæ Atlantico
Oceano alluitur, legentes, Africa quam vasta est,
Arabiam Persidemque circumvecti, longissimo
circuitu in Indiam traijciunt. Quippe hisce O-
ceani anfractibus abest India ab Lusitania Leu-
carum millia amplius quatuor. Leucas dicunt Lu- Leuca Lusitanas
sitani nautis familiares, quæ ternis passuum mil-
libus constant. Et hoc spatio linea æquinoctia-
lis, quæ ab æstu solis est maxime torrida, mediam ferè
Africam intersecans, bis transeunda necessario Henricus Princeps navium iter aperit in Indiam.
est. Hanc tam longam ac difficilem viam Henri-
cus Princeps, Joannis Primi Lusitaniæ Regis filius
(: et erat Mathematicis insigniter eruditus :) primus
omnium, non minore animo quam ingenio, tentavit

Cursu

Causa tentandi fuit, ut Æthiopum Regem (: vul-
gò Preste-Joannem appellant :/ quem cognorat
in extremâ fermè Africa non procul Arabico
sinu, regnare, novâ apertâ viâ, sibi Lusitani
commercio adsciscerent. Cum res bellè succede-
ret, eius cœpta tardeinceps Lusitaniæ reges
Alphonsus V hoc nomine, Joannes II. et Em-
manuel Primus prosecuti, paulatim viam usque
in Indiam fortiter ivatâ ac feliciter aperue-
runt muniveruntque. Quippe et objacentes Afri-
cæ insulas, et opportuna loca complura, in ipsâ
ora Africæ occuparunt, quæ etiam hodie Lusi-
tanorum præsidiis tenentur. Hoc igitur cursu
tu Xaverius Indiam petens, e Lusitania sol-
vit, anno post Christum natum M.D XLI.
VII. Idus Aprilis. Vehebatur eadem navi,
quâ Martinus Alphonsus Sosa, novus Indiæ
Prætor. E Societate comites habebat omnino
duos P. Paulum Camertem, Sacerdotem e-
gregiâ virtute, qui cum ab urbe secundus com-
comes additus ab Ignatio; et Franciscum
Mansillam Lusitanum, qui Olyssippone se-
met illi socium adiunxerat. Occurrebant
multa in ipso itinere visenda, doctis utique
hominibus, et Geometriæ; rerum naturalium
astronomiæque studiosis. Monstrabantur in mari
Atlantico, Africæ dorso adjacentes insulæ
plures haud ignobiles, aliæ propius, aliæ
longius distantes, et inter se, et à continenti.
Inter Fortunatas (: vulgo Canariæ dicuntur :/
et Promontorij viridis insulas, quas prisci

Horti Hesperidum

criminum locorum amœnitatem nonnulli
Hortos Hesperidum fabulosis Poëtarum car-

minibus

minibus inclytos fuisse memorant. Et haec loca ad cognoscendum non inutilis ita clarius praedemonstrabatur, ut pleraque in conspectum venirent. Accedebant sereno caelo sydera, tranquillo mari piscium nova et inusitata spectacula, quae vectorum pene omnium non sine admiratione, tenebant oculos animosque. At Xaverius, etsi a talium cognitione rerum haud penitus abhorrebat, tamen non doctrinam aut voluptatem ex India, sed Divinam gloriam salutemque animarum petendam ratus, gratiora Deo, utiliora hominibus spectacula edere ipse intra navim coepit. Et erat praetoria navis oppidi instar, non solum nautis, sed militibus, assectis Proregis, mercatoribus, servis referta, ad summam capitum circiter mille. Itaque Franciscus ut primum iter est ingressus, una cum sociis in proximorum salute procuranda summo studio elaborare instituit, nauticam turbam vectoresque Christianis praeceptis imbuere, depravatos omnium corrigere mores, universos ad elevandas animi sordes invitans. Nec frustra. Temere jurandi consuetudo sublata: multorum restincta odia, plurimorum confessiones auditae, plures a perdita vita ad honestam piamque revocati. Erat in Xaverio perpetua oris hilaritas, omnium animos comitatis dulcedine alliciens. Itaque homines quoque flagitiis sceleribusque coopertis, vulgo a religiosorum virorum consuetudine congressuque abhorrentes, jucundissimam Francisci familiaritatem avidius expetebant. Et ille haud rudis ejusque generis

animos

Nautas et milites docet in Navi

Comitate etiam flagitiosos alliciens

animos tractandi, paulatim eos benevolentia delinitos reflectebat à vitijs: deinum jam sanè placatos in omnes virtutis ac pietatis partes incitabat, impellebatque. Inter hæc Deus patentem ejus animo ac virtuti materiem obtulit. Diutina difficilisque navigatio, ut ferè fit, adeò afflixerat vectores nautasque, ut jam alij super alios in morbos inciderent: et super cætera; vim mali augebant alimenta. Salsamentis enim perpetuò, sæpe nautico pane mucido atque corrupto vitam tolerabant: vitiatam insuper ac verminosam fermè potabant aquam: quæ & genere ipso liquoris et exiguitate accenderet magis quam restingueret salsamentis excitatam sitim. Noxij ergo insalubrium ciborum succi in venas diffusi, morbos creabant non atroces minus quam exitiales. Quippe gingivæ fœdè excrescentes, atrociterque exulceratæ non cruciatum solum afferebant laborantibus, sed etiam (quod miserrimum erat) eripiebant edendi facultatem. Adhæc vis pestilens morbi ægritudine animorum, rerúmque inopia crescens roborata, cœpit per consertam arctis in locis turbam serpere, vagarique. Nam etsi Rex, præter necessarium commeatum, suam cuique navi tabernam medicamentariam haud leve ægrorum subsidium, attribuit; tamen affectorum multitudini nulla satis esse congruere poterat. Imminentis etiam terror mali necessarios ipsos à suorum cura, ut fit, ad suimet tuendi curam averterat. Itaque ægri pariter medicamentis ac ministerijs

Difficultates Indicæ navigationis.

destituti

destituti, non magis lue quam si quae tetrior pe-
stis esset, fame interibant. Et ut quid mali deesset, ministros illos nauticae urgebant sordes; longe
foediores aegrorum, quam contentia corpora tabe-
facientes. Xaverius igitur postquam conscendit
navim, qua nobiscum affectis corporibus re-
fertam; memor eius, quod in ipso novae vitae ty-
rocinio imbiberat, insigne benignitatis ac chari-
tatisque suae specimen dedit. Et exterruisset alium
quod illum stimulavit, strati videbat fore
necessario non aegros tantum, sed semivivos:
luem contagione vulgari scilicet; foeda con-
spondentis mortis facies ante oculos erat.
At ille, formidine in misericordiam versa, satis
gnarus martyrii genus esse, humanae salutis
causa obiicere se pestilentiae, affectos omni
ope juvare statuit. Ergo morticinia procurata
expiare; aegrorum corporum sordes abstergere;
linteas commodes lavare vestes; coquere et
condire cibos, eosque convenienter inter iacere
re, medicamenta ac sorbitiones sua manu
praebere languentibus; moestos benigne solari;
ad utriusque salutis spem excitare torpentes.
Ita promiscue aegris comiter hilariterque in-
serviendo, omnium etiam sanorum in se oculos
animosque convertit.

Magnitudo animi incredibilis

Aegris ministrat Mozambicum appellit

Cap: XIV.

Mirantibus atque in eo conspicientibus omnium vitae
sanctimoniam, assiduum status huius studium
orationis, contemplationisque rerum Divinarum

patiens